


EMMANUELIS  
MARTINI

ECCLESIAE ALONENSIS DECANI

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ.

*S I V E*

DE ANIMI  
AFFECTIONIBUS  
LIBER.



MANTUAE CARPETANORUM.

Apud JOANNEM STUNICAM.

ANNO MDCCXXXV.

I

**GREGORIUS MAJANSIUS,**  
*Generosus Valentinus,*  
*Lectori.*

**C**UM summus Vir Emmanuel Martinus, Ecclesiæ Alonensis Decanus, anno hujus sæculi sexto, M. Tullii Quæstiones Tusculanas perlegeret otii consumendi causâ; quarti Libri lectione ita inflammatus fuit, ut quodam veluti æstro percitus, scribere cœperit hoc Syntagma ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ, sive *De Animi Affectionibus*, ad Stoicorum mentem. Sed cum eâ tempestate bello intestino conficeretur Hispania; domus ejus migratione, Patris obitu, aliisque calamitatibus factum est, ut ille ardor scribendi penitus extingueretur. Cum autem celeres illi cogitationis motus, si semel retardentur, franganturve, frustra tentaveris, ut eâdem vi renouentur; maximus Vir, charissimorum sibi capitum & precibus, & auctoritate nunquam adduci potuit, ut mentem animumque appelleret ad affectum opus absolvendum. Tamen cum rogavi ut Dissertationem suam ad me mitteret. Quod ab ejus humanitate facile impetravi. Rem omnem enarravit ipse ad illustrissimum Baronem Joannem Theodoricum Schombergium in epistolâ ad eum datâ VII. Eid Novembr. An. MDCCXXXII.

EMMANUELIS  
MARTINI

ECCLESIAE ALONENSIS DECANI

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ.

S I V B

DE ANIMI  
AFFECTIONIBUS  
LIBER.



Uae Graeca sapientia vocavit  
Πα'θη. Latini autem *Perturba-  
tiones*. Το πάθος ita definit Ze-  
no : α'λογος , ἢ παρα' φύσιν  
ψυχῆς κίνησις. Quae verba ita  
vertit Cicero : *Aversa à recta ratione contra  
naturam animi commotio*. Alii malunt eam esse  
ὄρμην πλεονα'ζουσα. sive *immodicum inimi im-  
petum*. Quod falsum est. Nam aegritudo &  
metus , caeteraque ex his fontibus animi tur-  
bamenta , tantum abest ut aliquem in eo impe-  
tum excitent ; ut potius debilitent ac frangant.

IC.